Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

et ueri et probati in amicos amici. Iniunge uero michi
obsequii ... ipse uoluntatibus tuis huiusmodi semper
adesse et in tantum quod cor et spiritus mei eterna sibi
obligatione debentur quorum imperium te nostras
adeptum ... quod mentem cor tuam et sub tua et
tuorum dispositione paratam. Unum denique ante uolo
ut in pectore magnifice domini tui atque mei in quo
me esse teneo perpetua stabilitate confirmes. Datum

Elizabet regine Francorum
lxxi
Serenissima principissa et illustrissima domina. Re-
gales litteras uestras summa cordis iubilatione recepi
denotantes nobis tanquam uere deuoto et amatori
Regie Francorum sacratissime maiestatis faustissimam
et felicem natiuitatem illustrissimi nati uestri quod
in lucem uenisse putamus ad iocunditatem gaudii
atque leuamen et ad incrementum et bonum publi-
cum commisi de ortu tuo et uestre et regalis mai-
estatis integra sospitate uobiscum in domino glori-
amur ipsum suppliciter exorantes ut sic dictum illustri-
ssimum natum uestrum feliciter et extollat quod
uite habeat nationibus salubriter imperare et ultu-
tum se mundo uibrare ostendere. Et me Comitatis et lib-
ertatis inuictissime defensorem quam regie maiesta-
ti uestre cui exsignificatis ad gratiarum possibiles assi-
gnaui actiones deuotissime commendamus. Datum

Com. Floren
lxxii
Magnifici et potentes domini recepi litteras uestras
uigore quarum me in officialem uestrum et iudicem
appellationum militatum et executorum uestre Comitatis
Ciuitatis duxistis benigniter eligendum ego autem
qui semper optaui obsequiis uestre inclite Comitatis
adesse dictum officium cum omni fidelitate et dilige-
ntia exercere curabo quod illustrium in sortem publicam
acceptaui quod dominationi uestre cui ex electione de me
facta gratiarum exsoluo possibiles actiones in altissimo
tibus obligatum Regem exorans prefatum et e-
tiam et cetera uestre sublimet et extollat meque tan-
ta grauitate et sua imbuat quod ex officio in uestra
benignitate collato gloriam referam penitus et
honorem sit quod etiam gratia nobis exhibeat quod
ad maiora officia merear merito promoueri. Datum